



1. Hager s. Joh. Casp. / diff. de perfectio-
nis Christiana studio, Wittenb. 1739.
2. ———— diff. de Bileamo, incarnate,
re et propheta periodico, Wittenb. 1739
3. ———— diff. de communione sub
utraq. Wittenb. 1739.
4. ———— diff. de causis cur Christus
morte crucis voluerit mori, W. 1739
5. ———— diff. de theologo non tantum
theoretico sed practico, Wittenb. 1738
6. ———— diff. de momento endronismos
anime fidelis, Wittenb. 1726.
7. ———— diff. de defectibus afflictio-
num Christi a Paulo supplendis
ex Coloss. 1 v. 24. Wittenb. 1730
8. Hager s. Joh. Georgij / diff. de graduum
proverbio: prox contra daktisein
Act: VIII v. 5. Lipsia 1738.

318
DE
**GENTILIIUM
SALUTE NON
SPERANDA,**

DEO GRATIOSISSIME ANNUENTE,
EX SPECIALI AC BENEVOLO S. R. FACULT. THEOLOGICÆ
INDULTU,

MODERATORE,

VIRO MAGNIFICO, SUMME REV. atq; EXCELLENTISS. DOMINO,

DOMINO

**HERM. CHRISTOPH.
ENGELCKENIO,**

SS. THEOLOGICÆ D. & PROF. P. ORD. LONGE CELEBERRIMO,
AD D. JOHANNIS ÆDEM PASTORE MERITISSIMO,

PRÆSIDE

**M. THOM. HENRICO
HAVERO,**

Primo Septembris die, Anni MDCCXXIII.

H. L. Q. C.

disputabit

HUGO THEOD. QVISTORPIUS,
ROSTOCHIENSIS.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIGEROVII, Ampliff. Senatus Typogr.

DE
GENTILIUM
SALUTE NON
SPERANDA

DEO GRATIAS AGIT
ET SPECIALI AC BENEFICO S. R. I. SCILICET THEOLOGICE
MAGISTRO
MODERATORE
MAGISTRO M. MAGISTRO, SUMME REVERENTIAE HONORARI
DOMINO

HERM. CHRISTOPH.
ENGELCKENIO,
AD. D. JOHANNIS EYM. PASTORE MERITISSIMO,
PRESIDE

M. THOM. HENRICO
HAVERO,
Primo Septemb. die, Anno MDCCXXIII.

HUGO THEOD. QUASTORPIUS,
ROSTOCKENSIS
ROSTOCKII
P. NICOLAI SCHWICHOV, Amplius & magis Typographi



REGIÆ CELSITUDINIS PRINCIPIS,
SERENISSIMI DUCIS
HOLSATIÆ REGNANTIS,

CONSILIARIO INTIMO GRAVISSIMO,

V I R O

PER-ILLUSTRI, GENEROSISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DNO. MATTHIÆ

DE

CLAUSENHEIM,

HÆREDITARIO DOMINO

in Potrems & Scharstorff,

&c.

ÆTATIS NOSTRÆ MÆCENATI

incluto,

Domino suo gratiosissimo.

Et

X 2

Po-

POTENTISSIMI DANORUM REGIS,

Æc. Æc. Æc.

CONSILIARIO SANCTIORIS JUSTITIÆ,
quæ TYCHOPOLI, quam GLUCKSTADIUM nominant,
dicitur,

GRAVISSIMO,

VIRO

ILLUSTRI, GENEROSISSIMO

atque EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DNO. CAROLO *Sottlieb*
von FERBER,

Chentum suorum meique desideratissimo.

VIRIS

CONSILIORUM DEXTERITATE,

ac

MUNERUM GRAVITATE

MAXIME CONSPICUIS,

bas Exercitii Academici Plagulas,

Salutem omnimodam adprecaturus,

Sui autem memoriam

obsequiosissimo animi cultu commendaturus,

ea qua par est pietate

offere volui,

TANTIORUM NOMINUM

obstrictissimus Cultor

HUGO THEODORUS QVISTORPIUS.



PRÆFAMEN.



Sum Philosophiæ in Facultatibus quas dicimus Superioribus post multos egregie celebrat decus in illustri Academia Hasso-Schaumburgica insigne, *BIERLINGIUS* Celebrerrimus §. VII. Dissertationis de Eruditione Politica, oder wie man cavalierement studiren solte? Certe, inquit, neglecta Philosophia, in Theologia habebimus homines fanaticos, mysticos, pacis publicæ perturbatores; in Jurisprudencia legulejos & rabulas; in Medicina agyras, empyricos & circumforaneos. Non intelligit Scholasticam illam, quam cum Celebrerrimo *BUDDEO* Disp. de Cultura Ingenii Cap. I. §. XVII. artem merito dicimus rixandi & altercandi, idque de rebus levissimis, &, cum Alchymistis certamen Scholasticos iniisse, hoc saltem discrimine, quod illi quidem viliora metalla in aurum, hi sapientiam in logomachiam mutant, eosque tanta severitate in hisce naniis vanissimisque commentis fuisse versatos, ut jurares, homines tum maximè insanire, cum se ratione pulcherrimè uti sibi videntur, & hinc Virum sapientissimum Franciscum Baconem à Verulamio Scholasticorum opera cum araneorum telis non male composuisse, quæ ut ob subtilitatem admiratione profecto sint dignæ, usum autem si spectemus, quisquiliarum numerum augeant; Sed, quæ faciat, ut ratione sua recte utantur homines, & honeste vivant. Nostra si respicimus tempora, necessum omnino, ut majori studio Philosophiæ sanctiori operam navemus, dantur enim plures, qui, dum præcocia atque suffena rationis aberrantis conclusa sequuntur, Veritati revelatæ vim inferunt, cam.

A

camque misere detorquent, ipsis Philosophiæ præceptis atque institutis castigandi & ad saniora revocandi. Præterea, cum potiores discursus, qui de DEO, rebus divinis atque hominum officiis instituuntur, rationis decretum sequi soleant si occasio nobis fuerit vel necessitas versandi cum illis, qui veritatis revelatæ dogmata vel ignorant, vel fusque deque habent, homines tamen sese esse non abnuunt, hi ipsi non firmiter argumentis, quam quæ ratio suppeditat convinci poterunt, & conclusionibus ex ratione petitis eo tandem adigi, ut, velint nolint, cum Scriptura, nisi præfracti, sapiant, ac, quæ inibi revelata, veritates habeant. Ratio quippe jubet ut sine præjudiciis ac opinionibus præconceptis scripta quæ nobis proponuntur ponderemus, idque modo, qui nobis commendatur ratione non refragante, quod vero dum fit, veritates illæ, quas ratio ut tales jam tum cognovit, non confirmantur modo, verum & illas, quæ rationis captum superant, insita Scripturæ *divinæ* homini, obicem malitiosè non ponenti, ingenerat.

Nobis in præsentem ex specialissima Summæ Reverendæ FCTis Theologiæ concessione, citra consequentiam indulta, constitutum disquisitioni publicæ subicere quæstionem: An Gentilium salus sit speranda? Versabimur circa eandem hoc modo: argumentis rationi & Verbo DEI revelato consentaneis pro negativa, quam hactenus veram habemus, militabimus; in rationes nuperrimè contra sentientium præcipuas, lumen eadem sequantur naturæ, sive Scripturæ, inquiremus ad Scripturæ & rationis ductum, insuper postulantem, ut fidem habeamus Scripturæ testimoniis, quod eadem rationi non reclamant. Quamvis enim inter veritates revelatas dentur, quæ rationis acumine penetrari nequeunt, hæ tamen ipsæ quanquam sunt supra, nequitiam tamen contra rationem. *LACTANTIUS* L. I. Institutionum Divin. Cap. I. Veritas est arcanum summi DEI, qui fecit omnia, ingenio ac propriis non potest sensibus comprehendi: alioquin nihil inter DEum, hominemque distaret, si consilia, & dispositiones illius Majestatis æternæ cogitatione adsequeretur humana. Faxit DEUS THE.

feliciter!

THESIS.

Gentilium salus non est speranda.



§. I.

Erminorum evolutionem hic necessariam esse minimè putamus. Etymologia, Homonymiæ & Synonymiæ rationem habituris patet *CHRISTIANUS BECMANNUS* de Originibus Lat. Ling. *VOSSII* Etymologicon ad voces: gens, commentum, mens. Conferatur quoque Gisberti Voëtii Disp. de Gentilismo & Vocatione Gentium, *Part. II. Sel. Dissp. Theologicarum p. m. 580. seqq.* Gentiles stilo biblico dicuntur omnes nationes, illa Judæorum excepta, & cum religio Christiana per omnes orbis plagas esset diffusa, quæ primo solis Judææ limitibus circumscribatur, gentilium nomine veniebant omnes qui Christiano cultui non erant addicti. Quæ & causa fuit, cur Arnobius libros suos inscripserit: adversus Gentes, sive, ut in aliis Codd. est, adversus nationes. Quemadmodum verò à Gentilibus omnes, qui DEorum suorum cultores non sunt, abusivè dicuntur Athei, sic Judæi atque Turcæ, dum veri DEI cultores, quem unum in Essentia & trinum in Personis piè venerantur atque colunt, Polythæismi inculant, gentiles vocant. Turcis adpellari Christianos Cfiaster, quod ipsorum lingua notat gentiles, commentario in vaticinium Turcicum, cujus mentionem facit Vossius l. c. docet Bartholomæus Georgievits. conf. Vossius ad voc. Pagus. Nos Gentiles dicimus omnes & singulos homines, qui extra Ecclesiam Christianam nati, mediis à DEO ordinatis ex propria vel Parentum supina negligentia non regenerantur ad fidem, nullum præterquam naturæ lumen sequuntur ducem, DEum quidem in Essentia unum non autem in Personis trinum venerantur, in Christo, Generis humani Redemptore, salutem non quærunt, &c. quæ notæ characteristicæ omnes, conjunctim sumptæ, licet plures addi potuissent, id hominum genus, quod Gentiles adpellamus, dilucide satis innunt.

A 2

§. II.

§. II.

Gentilium salutem destructuri, non illius nomine nobis venit felicitas quædam temporaria, physica, moralis atque politica, hac enim eosdem ex immenso divinæ bonitatis pelago inundatos fuisse & adhucdum inundari historiarum & relationum monumenta loquuntur, nec rationem causæ illius latent, sed intelligimus statum illum felicissimum, oppositum illi damnationis infelicissimo, in quem hominum quidam ex mera gratia à DEO secundum beneplacitum Voluntatis gratiosa consequentis transferuntur, ut, fide cum DEO, bonorum omnium fonte inexhausto, arctissime uniti, bonis spiritualibus in hac & post hanc vitam afficiantur, consistentem adeo in malorum omnium absentia, & bonorum quæ in hominem cadere possunt præsentia. Pro temporum diversitate dividitur in inchoatam, continuatam, & secundum quid & absolute consummatam. Inchoata & continuata est præsentis, consummata verò seculi futuri. Et hunc statum felicissimum non porcis modo Gentilium in varii generis peccatis sese contra rationis præscriptum volutantibus, sed & illis abnegamus, qui actiones quidem suas ad rationis normam quodammodo composuerunt, quos prudentiores dicunt, re tamen ipsa imprudentissimi, quod lethargo quasi consopiti, rationis ductum susque deque habent, nec eodem moventur ad inquirendum verum veri DEI cultum. Universæ vero Gentilium, qua talium, catervæ spem salutis præcisam esse ex subsequente deductione constabit.

§. III.

Vi luminis naturalis agnoscunt Gentiles, ac sentiunt ipsimet inclinationem ad varia, quæ rationis ipsius iudicio improbantur, compellentem, nec tamen eandem Creatori Parentum primorum infinito, DEO, adscribi posse judicant, sed aliunde eam traxisse originem, quam vero quoad rationem formalem, Scripturæ lumine destituti, non possunt non ignorare. Ad communem autem stipitem natales omnium referendos esse naturâ non constat. Scriptura id ipsum testatur, & docet,

cet, dari malum omnibus juxta communem naturam cursum procreatis connatum, idque lethiferum & damnatione aeterna dignum, quod Peccatum Originis vocari solet. vid. *Psalm. LI, 7. Joh. III, 3, 5. 6. Eph. II, 3.* Inclinationem hanc ad malum animae, tanquam *πρώτη δειλίω* inherere exinde colligitur, quod nullus hominum, qui secundum naturam cursum vitae fruuntur usura, datur, qui vi ipsius non ad varia peccata sollicitetur ac rapiatur. Non igitur naturalis hominum conditio, quae talis, salutis est capax.

§. IV.

Ratio ipsa illas hominis, quas inclinatio naturalis protrudit actiones detestandas atque corrigendas esse dicitur, hoc igitur ipso omnes & singulos de illarum enormitate convincit. At norma, ad quam eadem examinanda & dijudicanda esse, est ipsum apud Gentiles rationis dictamen, animae naturaliter insitum velut proprium illius essentiae consecutivum, quod posita anima ponitur secundum praesentiam, non vero secundum exercitium, hoc enim illis demum, qui matura sunt aetate & cultura debita subacti, tribuendum, nec, nisi sub quadam differentia. Rationis autem dictamen, quamvis ad omnia ob vires corruptas atque infirmatas sese extendere nequeat, omnes tamen illae actiones, quas adprobat, quasque rejiciendas dicit, ad ipsius voluntatis quae divinae tenorem adprobantur atque rejiciuntur, & hinc, quae rationi, Voluntati quoque ac Justitiae divinae sunt contraria, ita quidem, ut nec DEUS bona habere queat, quae ratio hominis defecata, & in censendo non aberrans, mala dicit, & vice versa. Causa enim causae est etiam causa causati. At DEUS est animae ejusque facultatum causa. Quicquid igitur ratio bonum malumve esse dijudicat, id tale esse judicat, quod dictamini suo istiusmodi sententiam reperit congruam, jam vero quia dictamen ab ipsa anima proficiscitur, hujus vero essentia à DEO dependet, hinc est, ut quae ratio agenda vel omittenda affirmat vel negat, DEUS ipse mediante anima affirmet negetque facienda atque fugienda. Gentiles ergo vi luminis naturae de actionibus, quas edunt, malis convincuntur, & Voluntati Divinae easdem contrarias esse.

Dantur itaque secundum rationis decusum actiones hominum bonæ & malæ, quæ tales sunt ad normam ipsius Summi Numinis intellectus. Quæ ex re fumum vendunt, qui actionum indifferentiam somniant, dicentes, perinde esse utraque sciantur, bonæ sint an malæ, hæc enim quia in DEum cadere nequit, sic nec in hominem, tanquam creaturam à DEO dependentem. Quicumque verò illam actionum indifferentiam, DEO, Ejusque naturæ contrariam esse inficiantur, ignorantiam suam hoc ipso produunt, & quæ DEI sapientissimi optimi & perfectissimi sit natura se nescire pleno ore proclamant. Et, qui DEO summo optimo ac perfectissimo illa tribui posset actionum, quæ inter malas & bonas esse dicitur indifferentia, cum eadem & proscribenda veniat circa actiones, in quibus intellectus noster nil quicquam pravitatis offendit, siquidem & has ipsas DEus non potuit non sub his vel illis circumstantiis, hoc vel illo modo deducere in actum, ita quidem, ut si alius modi possibilitatem agendi, manentibus iisdem circumstantiis velimus fingere, DEus ipse foret negandus.

§. VI.

Non vero hoc ipso DEO spontaneitas & voluntatis libertas abnegatur. Non illa, quia vires nullius illas supremi Numinis exæquant, multo minus superant. At ablata spontaneitas vires supponit, illis majores, quas possidebat is, cui ablata. Nec hæc, libertas quippe vera consistit in modo agendi secundum judicium intellectus. Quamvis itaque DEus secundum infinitatem intellectus sui omnia possibilea cognoscat, ad normam quoque bonitatis infinitæ perfectiora præferat minus perfectis, nulla siquidem causa sufficiens adduci potest, cur minus perfecta præferret perfectioribus, libertati tamen, ut dixi, veræ hoc ipso nil quicquam decedit. Ponuntur enim objecta diversa, at per naturam suam utraque possibilea, ex possibileibus autem id quod optimum libere eligitur, quamvis judicium intellectus faciat, ut objectum, quod alio esse præstantius cognitum fuit, non possit non eligi. Audiatur Celeberrimus Wolff

fius

fuis in den vernünftigen Gedanken von Gott, der Welt und der
 Seele des Menschen auch allen Dingen überhaupt. §. 984. Gott,
 inquit, versteht vollständig was er will: denn er kennet nicht al-
 lein von dem größten an bis auff das kleinste, was in der Welt die
 er andern vorgezogen hat, so wohl dem Raume, als der Zeit nach
 gefunden wird, sondern weiß auch den Grad ihrer Vollkommenheit,
 und den dadurch entstehenden Vorzug für andern Welten auff das
 allergenaueste zu ermessen. Die Wahl dieser Welt ist nicht
 schlechterdings nothwendig, indem noch viele andere gewesen, die
 alle sowohl möglich sind als diese, welche Er vorgezogen. Und
 ohneachtet er einen Bewegungs-Grund dazu hat; so entstehet doch
 daraus kein Zwang, indem es eine bloße Erkenntnis einer grösseren
 Vollkommenheit ist. Ja da der Göttliche Verstand diese Vor-
 stellung hervorbringet, und über dieses Gott von allen Dingen aus-
 ser ihm independent ist, so determiniret Er sich selbst zu seinem
 Wollen, und zwar vermöge des Vorhergehenden ohne alle Noth-
 wendigkeit von aussen und von innen: Denn Nothwendigkeit von
 innen ist vorhanden, wo die Sache nicht mehr als auff eine Art an-
 gehet; Von aussen aber, wann etwas ausser mir vorhanden ist, dem
 ich nicht widerstehen kan. Videbuntur fortean nonnulli hæc
 Wolfii verba asserto nostro potius contraria esse quam id
 ipsum confirmare, dicitur enim: Die Wahl dieser Welt ist nicht
 schlechterdings nothwendig, indem noch viele andere gewesen, die
 alle sowohl möglich sind, als diese, welche er vorgezogen: Verum
 enim vero possibilitas ea de qua Celeberrimus Autor loquitur
 non referenda ad ipsam summi Numinis operationem, sed ad
 ipsas mundi species, quæ tanquam possibiles, ut ita loquar, in-
 tellectui divino fuerunt obversatæ, ex his vero non potuit
 non elegisse optimam, eandemque actu creasse. Et hanc Il-
 lustris Wolfii mentem esse probatur ex §. 981. & 982. scripti
 citati: Die grössste Vollkommenheit der Welt, colligit, ist der
 Bewegungs-Grund des Göttlichen Willens. Hieraus erhellet zu-
 gleich, daß die gegenwärtige Welt unter allen die beste ist: Denn
 wir nennen die beste, darinnen die größte Vollkommenheit anzu-
 treffen. Wäre eine bessere als diese möglich gewesen, so hätte es
 nicht

nicht geschehen können, daß er die unvollkommeneren ihr vorgezogen hätte. Denn wo man das Unvollkommenerem dem Vollkommenerem vorziehet, geschiehet es aus Unwissenheit, weil sonst kein zureichender Grund vorhanden wäre, warumb es geschähe, woferne es mit Wissen geschehen sollte. Da nun Gott alle Welten erkennet, so kan er nicht aus Unwissenheit die geringere der besseren vorziehen. Modo parili cetera divina actiones omnes & singula non se indifferentes habent, sed earum exercitium necessitatis est absolutæ ad iudicium intellectus, & hinc ad iustitiæ divinæ normam malis non potest non male, & bonis bene esse. Gentes igitur cum non modo naturaliter, sed ob vitæ quoque rationes initas DEum ad puniendum moveant pœnæ illos necessario expectant, eaque ob iustitiam Divinam infinitæ, id enim esset eadem diversis hominum generibus evenirent, & si hoc causa omnis, qua divina voluntas certo quodam determinetur modo, migraret.

§. VII.

Nec negata actionum humanarum omnium, sub certa circumstantia dum considerantur, indifferentia, homini abjudicatur spontaneitas & voluntatis libertas naturalis. Moveri hominem ad aliqua vi naturæ depravata intrinsece, atque vi quadam extra hominem posita cogi eundem externe posse id quidem negabit nullus, & hac ratione spontaneitatem ac libertatem ipsius naturalem exulare confitendum omnino; At actio omnis humana, qua talis, hoc est, quatenus secundum intellectus iudicium suscipitur indifferentiam omnem respuit, salva hominis spontaneitate & voluntatis libertate naturali, hoc enim nisi esset nullus hominum actionum suarum foret autor, nec ad causam in foro divino & humano dicendam, atque pro merito ad pœnas obligari quiret. Celeberr. Wolffius l. c. §. 515. die freye Handlungen sind an sich nicht nothwendig auch die Bewegungs-Gründe machen sie nicht nothwendig §. 516. Unter dessen bleibt freylich wahr, daß die Bewegungs-Gründe dasjenige sind, was das Mögliche wirklich machet, und in so weit sie dazu zureichend sind, geben sie eine Gewisheit, (sc. daß man es thun solle und müsse.)

müsse) §. 517. denn wenn die Bewegungs-Gründe die Sache nothwendig machen, so wäre es nicht möglich, daß ein anderer Grund dazwischen kommen könnte, welcher die nach den Gründen vorzunehmene beschlossene Sache zurück hielte §. 517. Die Seele hat den Grund ihrer Handlungen die wir freiwillige zu nennen pflegen in sich, denn die Vorstellungen, die sie zu Bewegungs-Gründen brauchet, sind in ihr, und kommen von ihr her, und sie neiget sich durch eigene Kraft gegen die Sache, die ihr gefällt, und zieht sich von ihr zurück, wenn sie ihr mißfällt. In so weit nun die Seele den Grund ihrer Handlungen in sich hat, in so weit eignet man ihr einen Willkühr zu, und nennet daher willkührliches Thun und Lassen, wovon der Grund in der Seele zu finden. §. 518. Wenn wir dieses alles zusammen nehmen, so erhellet, daß die Freyheit nichts anders ist als das Vermögen der Seelen durch eigenen Willkühr aus zweyen gleich möglichen Dingen, dasjenige zu wählen, was ihr am meisten gefällt. §. 519. Da nun die Einsicht in den Zusammenhang der Dinge zeigt, was gut und böse, was besser und schlimmer sey, so ist die Vernunft der Grund der Freyheit. §. 520. Paragrapho autem 521. acutissimus Wolffius docet mas sive Nothwendigkeit in der Freyheitssey, und daß diese Nothwendigkeit der Freyheit nicht zu wider. Quia vero hæc thesis ex adlatis tantum cognosci potest, allegatione conclusionum Lectõri non erõ molestus. Genuinam autem libertatem in ratione cum audivimus fundatam esse, hoc majori libertate gaudere poterimus, quò impensiore cura rationis prospeximus cultura. Incipiamus igitur ab emendatione intellectus, & voluntas hoc ipso egregie emendabitur. Præterea ex dictis colligi potest quid statuendum sit circa controversiam non ignotam: Utrum verè illuminatus irrogenitus esse possit, sive, utrum hic talis contra cognitionem intellectus sui actiones instituere vitamque vivere possit? sc. pro affirmativa rationes militare. Quamvis enim verè illuminatus rationibus iis, quas cognitas habet, adducatur ut non possit non se inclinare ad ea, quæ rationes eligenda dicunt, sunt enim optima, hæc tamen inclinatio eundem non necessitat ad exercitium ipsum. Contraria enim quia in

B



se aequae sunt possibilis, & ipsi quidem illuminato, nam & hic naturali eademque universali pravitate infectus est, imperfectione conjuncta, ut videat meliora, deteriora haud raro sequatur. Quid? quod incognita nobis divinae oeconomiae ratio in lapsum illum minati proaereticum condescendere potest, ut in posterum conscientiae angoribus excruciat, distat mercari cauitus. Convincitur porro hoc ipso lapsu imbecillitatis atque miseriae suae, & sic compellitur ad thronum misericordiae divinae, ut precibus DEI benignissime confortantis miseros auxilium imploret, Ipsiisque laudes decantet. Quodsi vero in infelicissimo peccatorum statu persistit illuminatus, graviores hinc ex rationis quoque collectione reportabit cruciatus, conf. *Luc. XII. 47.* & *B. FECHTII* Disquisitio de vera rerum Sacrarum notitia, qua & quousque illa in hominem irrogenitum cadat? *Cap. X. §. V. pag. 130.* Nobis interim hic sufficit actiones hominum, quasdam in se & sua naturas esse pravas, quasdam vero bonas, nec tales esse, quia ratio ita dijudicat, sed rationem ita dijudicare quia tales sunt, modus enim praedicandi sequitur modum essendi, & per consequens nullatenus esse indifferentes. Nec minus, hominem obligari per ipsam naturam ad bonas suscipiendas, evitandas malas, secus enim nulla ratio reddi posset sufficiens, cur ipsa actionum forma repeririatur diversa, nec, cur rationis dictamine haec probentur, illae contra rejiciantur. Hinc, quia Gentiles non omnes eas actiones bonas instituunt, quas instituere secundum rationis ductum debebant, v. g. negligunt inquirere verum veri DEI cultum, ad quem inquirendum ipso naturae lumine, ut in subsequentibus demonstrabitur, manuducuntur, iuste omnino contra illos iustitiae divinae flammam exardescunt, iisdemque ex propria culpa excruciantur in aeternum.

§. VIII.

Actiones humanas, quae rationi probantur, Voluntati divinae congruas, & quae secus sese habent, incongruas esse, jam vivimus demonstratum. Illae, gratiosam quandam DEI remunerationem expectant; his vero flagrans iustitiae divinae *vires* relinquitur. Gratiiosa quidem remuneratio bonas excipit,

pit, quod DEus non modo essentialiter sed & respectivè bonus est, hoc est bonitatis suæ omnes atque singulos reddere participes discipit. Essentialis illa DEI bonitas probatur ex Eius perfectione Eiusque independentia &c. quid? est ipsa DEI perfectio, sive essentia DEI omnes in se perfectiones continens. Nam bonitas & perfectio DEI per hoc tantum differunt, quod perfectus dicitur DEus absolute & in se, bonus autem non solum in se & absolute verum etiam relativè, docente *B. BAIERO Part. I. Compend. Theol. posit. Cap. I, §. 26. num. (a)* Respectiva DEO vindicatur, quia ex nulla sufficiente ratione negari potest, gloriam, gratiam atque bonitatem divinam reddit illustriorem, & actiones DEI non sunt indifferentes. Præterea quoque, dum essentiali illi, tanquam fundamento superstructa, hæc verò quia actuosa extitit producendo hominem, ratio colligit, producto indigenti gratiose succurrendum, eidemque, qui præ aliis officio suo defungitur, remunerationem gratiosam expectandam esse, nec desiderium, homini connatum, quo movetur ad studium consequendi felicitatem suam frustraneum esse potest. *WOLFEIUS* celeberr. pro utraque rationem ducit *loc. cit. §. 1062. & seq.* Weil alles bestehet durch Gottes Macht und Krafft, so hat er einem jeden Dinge so viel Vollkommenheit mitgetheilet, solglich so viel Gutes erzeiget, als möglich ist. Die Bereitschafft andern Gutes zu erzeigen wird Gulte genennet. Da nun aber nicht mehr Gutes kan erwiesen werden, als möglich, und GOTT einem jeden Dinge so viel Gutes erzeiget als möglich ist; so hat GOTT die allergröste Gulte, und er ist gegen die Creatur im höchsten Grad gültig.

§. IX.

Sed gratiosam diximus bonitatem DEI respectivam, quæ actiones hominum bonas excipit, easdemque remuneratur. Nil quicquam enim in ullo hominum datur, quod DEum movere necessario posset ad conferendum bonitatis suæ thesaurus, siquidem bonæ, quæ ab hominibus eduntur actiones, & sunt ex debito, & pro ratione cumprimis status præsentis mutile sunt & mancæ, quibus accedit, quod nec opera status integritatis fuerunt salutis meritoria. Fons itaque bonorum omnium

um est inexhausta ac gratiosissima Numinis benignissimi adversus mortales miserimos gratia, ipso intellectu divino ad gratiosam bonitatem commota. Hæc verò bonitas DEI respectiva tanta est erga homines, quanta quidem esse potest, & ad illius normam cuius eveniunt, quibus particeps fieri potest. Et, cum anima hominis essentiæ sit spiritualis, nec illius causa ob internam constitutionem destructioni cuidam obnoxia, ratio ducit calculum, DEum bonæ in æternum quoque bene cupere. At verò, cum nulla detur naturaliter anima, quæ bonitate gaudeat voluntati atque Justitiæ divinæ conformi, nulli omnino ex rationis iudicio ob bonitatem propriam æternum bene esse poterit. Quamvis enim in præsentī seculo gratiæ divinæ abyssus inexhausta illos, qui secundum rationem vitam agunt, bonitate sua aliquando inundet, nec eadem quoque carere semper sinat, qui secus vivunt, non tamen colligitur hanc gratiæ divinæ œconomiam æternum esse duraturam, ex rationis quippe iudicio fatendum, satisfactionem à justitiâ Divina infinita, peccatis humanis læsa, exposci, & necessum esse, ut cuius aliquando rependatur secundum opera, idque ita eventurum esse Scriptura S. docet ad Rom. III, 6. seqq. Salute itaque æterna in alio gratiosissime beamur, & hinc est gratiæ divinæ donum. Cum verò ratio media illud consequendi ignoret, DEus enim, quanquam est Pater benignissimus, est tamen etiam justissimus Iudex. Quibus consideratis, Theologia naturalis de pœnitentiæ, quam præscribit, sufficientia in perpetuo dubio hærebit, utpote cui ignotum esse nequit, peccatis offendi DEum infinite justum, & infinitam adeo postulare satisfactionem. Idcirco *PLATO in Epinorm.* de cultu & reconciliatione DEI agens, concludit: Non potest mortalis natura certi quidquam de his cognoscere. vid. *Magnif. Dn. D. ÆPINUS*, Fautor ac studiorum meorum Promotor omni cultu prosequendus, *Part. III. Theol. natur. Cap. II. §. IV. p. 206.* Gentiles quoque rationis modò ductum, licet imperfectè, sequuntur, nullo prorsus modo salutis evadere poterunt possessores. Sine mediis verò à DEO constitutis nulli hanc felicitatem

tem

tem obtingere Scriptura S. testis est, *Act. IV, 12. Job. III, 16.* & hujus ut ratio in dubium vocet fidem, nulla dantur causæ. Damnantur itaque Gentiles argumentis, quæ ratio confert, Scripturæ S. autoritate confirmatis.

§. X.

De causa damnationis, quoad Gentiles, promerente controvertitur, utrum scilicet ob rejectum Evangelium, quod illis nunquam prædicatum; an vero ob actiones contra rationis dictamen malitiosè commissas damnentur. Respondemus & illud & hæc damnationis sunt meritoria. His enim infinitas pœnas esse constitutas non est cur prolixius probem, res quippe est in vado, cum constet atque probatum fuerit, omnes atque singulas hominum actiones, quæ rationi haud congruunt, voluntati quoque divinæ disconvenientes esse, hæc autem quia est justissima, non potest non ad normam justitiæ easdem compensare, hoc est, pœnis incussis vindicare, iisque infinitis. Ratio enim formalis justitiæ, in exercitio spectata, absolvit actionum compensatione secundum promerita. Quando verò Gentiles ob actiones contra rationem malitiosè commissas damnamus, bonas eapropter neutiquam causam quæ salutem promeretur constituimus. Salus enim est donum gratiæ Divinæ juxta §. præced. Nullus igitur video, qua forma ac modo *Magnificus atque Excellentiss. Dn. Christoph. Matth. PFAFFIUS*, Theologus Tubingensis, dum in Prologo galeato, instituti sui rationem pertexens, Libros, scribit, nostros Symbolicos, (quorum inspectio proh dolor! haud satis familiaris eruditibus hujus ævi est, & quos sincero ore exosculamur, quibus & genuinum ponere pretium didicimus) ubicunque id opus esse videbatur, hic, in Institutionibus scilicet Theologiæ dogmaticæ & moralis, adduximus atque evolvimus, neque à tramite hoc symbolico in dogmaticis (his enim solis calculum nostrum adjicimus, adjiciuntque omnes, qui rerum gnari sunt & sapiunt) unquam abivimus, nullus inquam video, qua forma ac modo Vir hic Celeberrimus Articulo II. Institutionum prædictarum p. m. 40. scribere potuit: Opera Gentilium mera

B 3

peccata

peccata haud sunt, sed suo modo bona sunt, atque NB. etiam spiritualiter bona & salutaria sunt, si gratia extraordinaria ipsis adspargatur. Thesis hæc dogmatica est, dogmaticis omnibus quæ in LL. Symbolicis propositæ, subscribit, at expressa horum librorum verba Thesis Celeberrimi *PEAFFII* destruunt, partim quod opera Gentilium salutaria dicit, partim gratiam extraordinariam qua salutaria fiant docet. Audiantur Confessores ex **Articulo XX. de Bonis Operibus.** Opera, inquit, nostra non possunt reconciliare DEum, aut mereri remissionem peccatorum, & gratiam & justificationem, sed hanc (& per consequens quoque salutem) *tantum fide consequimur &c.* Præterea opera nostri, ita pergunt Confess. l. c., quod necesse sit bona opera facere, non ut confidamus per ea gratiam mereri, sed propter Voluntatem DEI. *Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum ac gratia.* Et quia per fidem accipitur Spiritus Sanctus, jam corda renovantur, & induunt novos affectus, ut parere bona opera possint. Sic enim ait Ambrosius: Fides bonæ voluntatis & justæ actionis genetrix est. *Nam humana vires, sine Spiritu Sancto, plena sunt impiis affectibus, & sunt imbecilliores, quam ut bona opera possint efficere coram DEO. Adhæc sunt in potestate Diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera.* Quemadmodum est videre NB. in Philosophis (subintellige Gentium) qui & ipsi conati honestè vivere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Hactenus Confessores memoriæ beatæ. Quem ad modum vero actiones Gentilium secundum rationem institutæ non mera peccata, sed suo modo bona sint id fusius exponit *B. FECHTIUS Disp. XLI. Lectionum Theologicarum in Syllogen selectiorum ex universa Theologia controversiarum recentiorum præcipue, §. IV.* Nec inepte dicitur Gentiles ob rejectum Evangelium iri damnatum, sensus enim verborum sine omni absurditate hoc infert: Gentiles sua culpa nescire Christum, & hoc illorum nescire habetur pro repudiassè. Ad quam enim cognitionem inquirendam natura ducor & obstrictus vivo, hanc si negligo repudiassè

diaste me eandem justè arguor. At ratio manuducit ad revelationem, quia igitur hujus inquisitionem negligunt, nec per Consequens ad cognitionem doctrinæ Evangelicæ perveniunt, hinc ipsi Gentilium negligentia adscribendum, quod eadem cognitione non imbuuntur, & hinc damnantur.

§. XI.

Quia igitur actiones hominum bonæ nullatenus bonitatis, multo minus salutis æternæ sunt meritoria, præterea quæque nulli non constare potest se prævaricando iram divinam contra se inflammare, justitiam verò divinam nulli sine satisfactione præstita parcere, nec hujus satisfactionis creaturam finitam auctorem esse posse, omnis insuper stimulante natura perfectionem suam adpetit, adpetitus verò hic, quod rationi probatur, frustraneus esse nequit, sic ratio nunc porro dicit inquirendum esse, numne DEUS immense bonus satisfactorem aliquem ejusque satisfactionem alicubi revelarit. Sine utriusque enim cognitione mens turbida remanet atque anxia, & perfectio, quam desiderat homo, obtentu est impossibilis. Cognitionem autem utriusque immediata quadam inspiratione non amplius suppeditari, ipsi Gentiles testes sunt, quod in scriptis suis niquicquam de immediata quadam inspiratione vel alio docendi genere, quo ad cognitionem Satisfactoris devenissent, confignarunt, id quod tamen non sine maximo peccato potuissent siluisse, res ipsa itaque loquitur rationem suo modo manuducere ad revelationem, & qui hunc illius ductum non sequuntur, ex justo DEI judicio ob negligentiam supinam atque peccata malitiosa damnari. Atqui Gentiles tales sunt, ergo salus ipsorum neutiquam est speranda. Qua ex re illorum miror *αβελήων*, qui salva misericordia DEI immensa hæc talia defendi posse negant, pernegantque. His vero ponderasse fuisset conveniens, nec justitiæ divinæ terminos coarctandos, nec misericordiæ divinæ quidpiam cum præjudicio justitiæ esse tribuendum. Impossibile enim est infinite justum esse & non esse talem. Et nonne hoc ipso misericordia sua infinita prosequitur DEUS infinite misericors omnes & singulos, quod juxta voluntatem

tatem suam benignissimam universalem, quam antecedentem dicimus, quamque non simplicis complacentiae sed efficacissimi amoris esse gratiae divinae effectus loquuntur, omnium & singulorum salutem anhelat, conferatur B. KOENIGIUS, Theologus quondam & Philosophus hujus Academiae summus §. 5. & 6. Part. III. Theologiae Acroamaticae. Evincit l.c. Theologus verbis omnem formidinem oppositi excludentibus DEO nullius animae interitum adscribi posse, sed pereuntes ex culpa propria perire. Non igitur misericordiae DEI infinitae vel minimum decedit, licet Gentiles in Gentilismo mortem moriantur aeternam.

§. XII.

Rationem suo modo manuducere ad revelationem §. XI. inuimus nunc firmiter veritatem hanc adstruere. Hinc primo notandum Socratem apud Platonem in Phaedone cum morti fuit vicinus, Auditores suos Graciam universam ceterasque barbararum Nationum terras peragrare iussisse, donec quae Luminis Naturae suppletura defectum sit, divinam invenerint revelationem, vid. *Magnif. Du. D. EPINI* Theol. Naturalis Part. III. Cap. II. §. VI. p. 205. Quodsi enim ratio ad revelationem manuducit, nullus, hunc ductum negligens, ad voluntatem divinam sese componit sed eidem malitiose refragatur. DEUS autem quia est DEUS ordinis, sic ordinem a se constitutum observari vult. At Gentilibus hic ordo, ut ad naturae ductum DEUM inquirant est positus. Ergo tenentur ad hunc modum inquirendi DEUM. Quia hunc ordinem posuit DEUS summus, Ergo iustitiae divinae est conveniens & optimus. Optimus, quod DEO haud displicuit, & praevio intellectus iudicio constitutus, atque hinc iustitiae divinae conveniens. Non diffiteri interim possumus, loquor cum B. KOENIGIO ex §. 441. l.c. stante benevola DEI voluntate de salvandis per fidem in Christum omnibus, stante Catholico Christi merito, eidemque innixa intercessione mediatoria pro omnibus omnino hominibus, esse quaedam in mediorum salutis dispensatione inter aequales saepe inaequalia, arcano & impervestigabili DEI iudicio committenda. Quamvis vero non omnes mortales lumine naturae ducti

ducti ad veram veri DEI cognitionem atque cultum perveni-
ant, sed eorum plurimi, sine hac luminis natura pædagogia,
ex statu ignorantia peccatorum atque incredulitatis infelicissi-
mo in statum felicioris cognitionis, cultus atque fidei transfe-
rantur; illi tamen, quibus hæc DEI non obtigit gratia specia-
lior hoc ipso non constituuntur excusabiles, quod DEI se per
naturam vocantis ordinem studiose non observant. Dicis, hoc
ipsum præjudicare universali DEI gratia atque benivolæ erga
omnes & singulos homines, quod quosdam homines per verbi
prædicationem actu vocat, quosdam non nisi remotè &
pædagogicè per Naturæ lumen. Respondemus, qui ita colli-
gunt justitiam divinam misericordiam atque omniscientiam in-
firmam rationis suæ infrunitis atque pessimis conclusis vel in du-
bium vocant, vel ultra peram sapere conantur. Nos vero
argumento potius justitiæ, misericordiæ atque omniscientiæ
divinæ superstructo inferimus, hunc DEI Gentiles vocandi mo-
dum, qui per lumen naturæ fit, dictis attributis divinis conve-
nientissimum esse, quod non alio actu vocantur, divino itaque
dum se opponunt Ordini Gentiles, sibi habeant quod salutari
cognitione non perficiuntur ad salutem consequendam. Tu-
midæ ergo ac improbissimæ arrogantia atque impietatis est,
DEUM justissimum ac sapientissimum ob diversum gratiam su-
am conferendi ad eamque vocandi modum injustitiæ postula-
re. Sed ratio ducit ad revelationem. Lex enim pædagogus
noster est ad Christum, ut ex fide justificemur Gal. III, 24. At
ratio ignorat quo modo per alium nobis bene esse possit, & ex
hoc alicubi medium esse revelatum colligit, revelatio enim facta
gloriam atque gratiam divinam reddit illustriorem, & quod
tale est, id ex rationis judicio factum esse oportet; Quod
mortales omnes perfectionis suæ atque salutis ex naturali quo-
dam instinctu, sunt cupidissimi, at maxima perfectio & salus
resultat ex possessione Entis perfectissimi, & hoc DEUM esse
conferimus, rationis judicio confirmatur. Jam vero nullus ex
se, suaque natura aptus est ad hanc Entis perfectissimi posses-
sionem, quod vario peccatorum luto omnes conspurcatissimi,
& hinc coram DEO abominabiles. Omnis itaque hominum
C aptitu-

aptitudo in alio quaerenda, hic vero rationi non potest non esse incognitus, ratio enim si medium expiandi excogitare valeret, homines sui ipsius redemptores esse possent. At posterius est falsissimum. Non desinente itaque in homine studio enitendi ad perfectionem, ac ad salutem suam deveniendi, media eo ducentia alicubi revelata esse oportet; Quod DEUS salva iustitia & bonitate sua non posset generis humani concedere propagationem, eamque Ipsemet procurare, nisi miserrimè productis & quidem singulis generum via pateret effugiendi rigorem Iustitiæ divinæ punitivæ, quæ in omnes quod naturâ peccatores, non potest non sèrvire. At viam hanc ratio ignorat, expendatur hic *Dn. D. Epini* Theologia naturalis in Proleg. §. X, XI. & XII. Non posse autem DEUM generis humani propagationem concedere eamque Ipsemet procurare nisi via sit miserrimè productis effugiendi rigorem Iustitiæ Divinæ punitivæ, probatur, quod omnia atque singula DEI opera à voluntate Divina in Esse dependent, hæc vero ad normam intellectus infiniti diriguntur. Sed intellectus divinus ad omnia possibilia sese extendit, ex iis verò voluntas quod optimum est vi bonitatis suæ non potest non eligere, contrarium enim si fieret, ipsa bonitas divina negaretur. Præstaret autem hominem nunquam conditum esse, si salutis via ipsi sit præclusa, eamque itaque nulli hominum præclusam esse ipsa cujusvis humani individui præsentia atque existentia corroborat. Quia vero finitus hominum intellectus hanc viam nescit, alicubi eandem commonstratam esse colligit, nec minus, eadem nos ad salutem, h. e. perfectionem nostram summam esse deducendos. Nec Dominus pendet ab arbitrio servi sed servus regitur atque ducitur ad nutum atque voluntatem Domini sui. *Magnif. Dn. D. EPINUS* veritatem hanc modo sequenti §. ultima Theologiæ naturalis confirmat: Agnoscens vero inquit, hanc suam insufficientiam Theologia naturalis, ex bonitate autem DEI concludens dari revelationem quandam, qua DEUS & modum colendi ipsum præscripserit, & viam perveniendi ad eum monstraverit; compellit hominem, qui operam adhibeat omnem, ut isthanc inveniat divinam revelationem. Unde

Unde eo magis inexcusabiles sunt Gentiles, qui veritatis lumen investigare & invenire potuerunt, infligante, quod in illis est, naturali intellectus sui lumine, & tamen quærere eam neglexerunt. Proinde æternam damnationem sensuri, id sibi ipsis solis imputare habebunt. Audiatur quoque B. *MASIUS* ex Diss. Dogmat. I. de Theologia naturali p. 26. §. 28. Probata, sunt Viri beati verba, igitur DEI existentia, id superest ut Atheorationibus è natura petitis revelationis necessitatem demonstremus, quo per lumen naturale, quantum fieri potest, manu pædagogica ad ulteriorem & salutarem DEI cognitionem perducatur. Id verò institui posset hoc modo: Eviçto, DEum esse, necessario etiam sequitur, DEum esse colendum, id majestas ac independentia Creatoris requirit ab omni creatura rationali: & porro, esse debere aliquam certam rationem colendi DEum, quæ ipsi placeat; neque enim putandum est, perinde esse quocumque modo colatur, sed supponendum, ita DEum esse colendum, quemadmodum Ejus naturæ & attributis convenit. Hoc suppositio, fieri non potest, quin DEus rationem cultus sui ipse revelarit; id enim & bonitas DEI & veracitas postulat: Bonitas quidem, ut, si homines vult, ad se venire, viam quoque illam ostendat, qua ad ipsum perveniat; Veracitas autem, ne in errore patiatur vagari homines ac incertitudine opinionum de vero ejus cultu. Absque enim revelatione omnis colendi DEum ratio non poterat non esse varia, incerta, erroribus multis obnoxia; cum homines sibi relictæ ex suo quisque ingenio diversos DEum colendi modos cogitent, atque hic etiam sint, quot capita, tot sensus. Neque verò lumen naturale sufficit ad veram DEum colendi rationem præscribendam, cum vel gentilium testimoniis depravatum, mancum atque mutilum esse cognoscatur. Reliquam ergo est, ut à DEO ipso proficiscatur modus colendi DEum. Unde etiam Gentiles, cum veras non haberent, falsas revelationes supposuerunt, quod ad certum Numinis cultum omnino necessarium illud esse viderent. conf. itid. §. subsequens. Quando B. *MASIO* scribere placuit, absque revelatione omnis colendi DEum

ratio non poterat non esse varia, incerta &c. atque hinc etiam sint quot capita tot sensus, B. Viro accedere non possumus, ratio enim in se considerata non potest non unum eundemque colendi DEum modum præscribere, at prout in certo quodam subjecto subsistit & modis variis impeditur, diversi utique potuerunt esse colendi DEum modi, non secus ac cum diversa circa veritates sunt opinionum genera B. *FECHTIUS* in Collegio Theologico privatissimo loco de vocatione ad gratiam & salutem §. II. Ipsam, docet, per verbum vocationem antecedunt actus pædagogici & naturales instinctus DEum veteri modo colendi & Ecclesiam investigandi, quos cum gentiles negligant, cum instinctus in rebus ad naturalem salutem spectantes, utpote ditescendi, studiose sequantur, illi autem longe utiliores instinctus DEum colendi majori cura sectandi fuissent. *Math. VI, 33.* ideo non omnis ab iis culpa removeri potest, adeoque merito damnantur.

§. XIII.

Lumen rationis deducit nos ad revelationem, non illam quæ immediatè cuius sit expectanda, sed quæ alio quodam modo alicubi facta. Non ad priorem, quod experientia docemur non se DEum hoc modo nobis suamque voluntatem revelare, nec Gentilibus immediatè revelasse, quia ne apex quidem in omnibus illorum scriptis de revelatione talismodi, quæ ipsis evenerit, legitur. Quis verò putaret hanc sibi collatam DEI gratiam Gentiles omnes silentio fuisse pressuros? Qui igitur illorum sanioribus atque moratoribus salutem neutiquam derogandam esse opinantur, quod revelatione immediata de voluntate divina ac mediis salutis instructi, vitam optimam vixerint, ac ex gratia sint salvati, hi videant, qui huic argumento, ab experientia & ex ipsorum Gentilium scriptis desumpto satisfaciant. Nulla quippe ratio sufficiens unquam suppeditari poterit, qua hæc ipsorum reticentia à vitio horrendæ malitiæ atque nequitia liberabitur. Aut igitur his foret concedendum, nullum Gentilium, revelatione immediata beatum, ad salutem æternam devenisse, aut revelationem hanc nulli fuisse

fuisse factam. Præterea adfertio revelationis apud Gentiles immediatè factæ luminis naturalis pædagogiam ad inquirendum, DEum suspendit. Contra apertum Scripturæ Sacræ adfertum, quo hic usus rationis præcipuus adstruitur, Act. XVII, 26. Ubi-
nam autem Dominus Dominantium quæri debeat apertissime loquitur dictum ex Joh. V, 39. Dicitis: Voluntatem DEI fuisse ne Gentilium ullus testimonium ferret de revelatione, quæ sibi in individuo atque immediatè evenerit. Respondetur: Imper-
scrutabilis quidem est œconomia divi-
næ dispositio, nec tamen eadem modum minus præstantem anteferre potest præstantiori eundemque præscribere. Et sane quos Gentiles fortean non movisset instructio ex natura petita ad colendum DEum eique confideadum, illos movere potuisset illa, quam Gentiles, revelatione immediata edocti, suppeditassent fratribus eadem ad-
huc destitutis. Quia itaque secundum naturam Jus quilibet tenetur commodum alterius, quantum in se est promovere, hinc Gentiles illuminati non sine Juris naturæ violatione dogmata illa fratribus reticere valuerunt, nec DEus ipse specialiori mandato hoc potuit demandasse.

§. XIV.

Nec apud Gentiles eadem revelatione fuit opus, nec immediata illa à DEO potuerunt instrui. Rationis enim conclusa sequentes revelationem aliquam factam esse agnoscere valent, & hinc tenentur ad illius inquisitionem ad ipsius rationis præscriptum. At sedulo eandem inquirentibus DEus non potest non gratiose adfurgere, ut votorum illos reddat compotes. DEus verò quod se & voluntatem suam in scriptis revelavit, quæ Philosophus Christiano cœtui addictus verbum DEI indubitato habet, nec habere non potest, cum ipsi nulla sit causa de illius autoritate, veritate, ac ortu divino dubitandi, sic colligit hoc ipsum quod scriptura mediante factum est revelationis genus, pro statu hominum præsentis, præstantius esse illo, quod alius generis, hoc est immediato, quo adhucdum notitia suppeditetur de divinis. Intellectui enim divino omnia possibilia sunt perspecta, ex omnibus autem que
C 3 talia

talia sunt meliora necessario præferuntur Voluntati divinæ minus bonis, hinc igitur, quod modus ingenerandi hominibus notitiam de DEO atque divinis mediantibus scriptis Θεοπνευστος DEO placuit, sapientiæ divinæ atque voluntati, quæ ubivis præstantissimum eligit magis congruere visus. Et, quia hoc mediante medio ordinato DEUS utique finem quem intendit, cognitionem scilicet sui suæque voluntatis, & viæ, qua mortalibus miseris aditus patet ad perfectionem sui, h. e. ad salutem, ad quam naturæ instinctu feruntur, consequi valet, nulla superest causa, cur extraordinario quodam modo finem hunc iret promotum, adplicentur hic §§. 1941. 1042. 1043. ex Metaphys. Illustris WOLFFII quam dicit: Vernünftige Gedanken von Gott, der Welt und der Seele des Menschen &c. Egregie B. BUCHNERUS, Orator post fata celeberrimus conversionem EUNUCHI de aula Candaces describens ita loquitur: Non est fortuitum bonum, veri possessio. In medio quidem id positum est, fallit tamen nisi vestigas, & tantum quærentibus contingere amat. DEUS quoque, etsi ubique totus est, & gestit admitti, non temerè tamen præterquam sollicitis atque amantibus sui patet. Quid ille Eunuchus de aula Candaces? Quo studio, quo mentis ardore inflammatus, in DEI, in veritatis, quæ est in DEO, agnitionem ferebatur? Non splendor regni, non patriæ charitas, non dulce domestici laris otium eundem tenet. Qui tot morarum vincula ruperat, jam ne longinquitate itineris, nec viæ molestia deterretur. It securus pietate viator nobilis: ingreditur Hierosolymas &c. Nonne exemplo hoc, ut illud Magorum ex Oriente, Cornelii Centurionis & verba dulcissimi Salvatoris de Regina Nôris taceam, docemur, conversionem hominum extra promœria Christiana religionis salutiferæ prognatorum mediis à DEO constitutis promoveri. Extraordinaria igitur ut fingamus nostrum non est. Quicunque verò eo prolabantur, ut ordinariis neglectis DEUM extraordinariorum ope conversionem gentilium perficere putent, non possunt non garrire, ut si DEUS opus hoc illuminationis atque conversionis juxta ordinem institutum procurare non

non possit. At DEO omnia quæ contradictionem non involvunt DEumque ipsum imperfectionis cujusdam arguunt sunt possibilis. Opus illuminandi atque convertendi gentiles juxta ordinem institutum hujus generis est. Ergo possibile & quidem præstantissimum, hinc igitur quod nulla est causa, cur DEus illuminans atq; convertens hunc migret ordinem, sic ratio omne id, quod extraordinarium, evertit. Militat itaque pro illuminatione atque conversione ordinaria ratio, militat exemplâ conf. Act. IIX, 26. seqq. Matth. II, 1. seqq. Act. X, 1. seqq. & ipsa Salvatoris nostri verba, Matth. XII, 42. Luc. XI, 31. hinc extraordinariam figmentum esse intellectus, genio malo depravati, merito judicatur. Quia igitur gentiles rationis ductu manducantur ad revelationem, hanc vero inquirere negligunt & hinc DEum verum, illiusque voluntatem, viam præterea deveniendi ad salutem ignorant, gentilium, qui ita decedunt, salus neutquam est speranda.

§. XV.

Illis, quæ §. XIII. & XIV. adsertum ivimus contraria docet *CHRISTOPH. WITTICHIUS* in exercitationibus Theologicis & speciatim 4. dum Zwinglium excusat, quod gentilibus nonnullis salutem æternam attribuerit, cum hos non nisi per fidem extraordinarie concessam servatos fuisse scripserit in declaratione de peccato originali ad Urbanum Regium. *WITTICHIUS* nulla bona opera vere talia, nisi quæ ex fide proficiuntur, l. c. agnoscanti suo modo subscribimus, fidem verò Gentilibus nonnullis extraordinarie concessam esse negamus. Non enim ullo unquam fundamento probabitur, Gentiles fide extraordinaria donatos esse, quia vero juxta Zwinglium ac Wittichium fides ad salutem consequendam necessaria habetur, recte colligimus nullum Gentilium prudentiorum salvatum esse nec salvari in Gentilismo posse. Non enim in adstruenda thesi dictatoria sufficit autoritas, sed desiderantur rationes, quæ deficientibus, thesi ipsa collabitur. Præterea quid miraculorum augurio, citra necessitatem ineptius? (Extra Scripturam in re rationem nostram superante, nihil neque credendum neque adserendum est. At Scri-

Scriptura fidei extraordinarie concessa, nunquam ullo verbo, ullo indicio mentionem facit. Quae enim de Universali DEI misericordia & Catholico Christi merito, universali item gratia & vocatione adseruntur, ea vim nullam habent nisi accedat fides. Fides autem tantum est ex auditu Verbi Divini Rom. X, 17. & Sacramentorum usu ad Tit. III, 5. Joh III, 5. Neque aliud medium fidei ingeneranda fingere licet praeter id quod revelatum est. B. FECHTIUS in Collegio Theologico MScto. privatissimo ad locum de Vocatione ad Gratiam & Salutem.) A partibus Zwinglii porro stat Anonymus quidam in Historia Calvinismi & Papismi Parallela, vel Apologia Reformantium, Reformationis & Reformatorem in quatuor partes divisa adversus libellum cui titulus est: Historia Calvinismi Dn. Maimburgii. Prodiit Scriptum Roterodami 1683, in 4. & 12. ap. Arn. Leers. Anonymus hic Pelagianismum, cujus Zwinglius a multis postulatus, sapere negat, quod de Ethnicis quibusdam ob virtutes in caelum receptis scripserit Zwinglius, cum ex iisdem virtutibus conjectasset, extraordinaria DEI gratia, nec nisi per Christum ad salutem eos pervenisse, Pelagiana autem haereticis omnia viribus humanis tribuat. Verum enim verò quae eadem Gentilium fuere virtutes, quae occasionem Zwinglio suppeditarunt conjectandi de gratia Gentilibus extraordinarie concessa? Et unde Anonymus probabit, has ipsas omnes non fuisse naturales, quod si verò vel illarum unicam adduxisset, cujus rationem & obligationem naturae jus non praescribat, sed demum sine absurditate conjectanti Zwinglio accessisset. Praeterea quamvis multa in morum doctrina egregie praeeperint Gentilium Sapientiores, consideretur instar omnium Plato, divinus dictus, ejusque dogmata de mentis integritate, de opum contemptu, de amore erga alios & bonum publicum, de fuga voluptatum, de contemnendis doloribus & vulgi opinionibus, veram tamen humilitatem latuisse Platonem quatenus Virtus Christiana, hoc est Evangelica ex fide prognata, recte monet Dominus Fleury dissertat. de Platone tractatu Gallico de selectu & methodo studiorum adnexa, addit, longe infra Evangelii doctrinam esse quicquid Plato & alii Gentilium sapientes

tes cum eruditione & industria proponant, &, accedere infamium amorum turpitudinem, ejus impudenti commemoratione justo DEI judicio in reprobum sensum dati libros etiam optimos contaminarint. Quia igitur omnium Gentilium celebratae virtutes rationis praescriptum sequuntur, illae contra, quae vires illius superant à nullo Gentilium exercitae nec praecipis commendatae, inepte Zwinglium argumentatum fuisse à virtutum Gentilium exercitio ad fidem extraordinarie illis concessam dicimus. Et fabulam ludit Anonymus, scribens, Zwinglium quosdam Gentiles in Coelum ob virtutes receptos docuisse, nec tamen nisi per Christum ad salutem pervenisse. Absolvendum vero Zwinglium esse ejusque *Ἐπισημῶν*, Rudolphum Gualtherum, Adamum Rivetum aliosque à crimine haereseos Pelagianae, qua gratia DEI secundum nostra memoria dari docetur, judicamus, non enim uti audivimus ex Wittichio & Anonymo Zwinglius virtutes Gentilium causam salutis meritoriam facit sed extraordinarium fidei donum contra rationis & Scripturae testimonium excoxit.

§. XVI.

Revelatione posita ponuntur objecta scitu creditivae necessaria, & quae rationi sunt impervia. Non enim sine manifestissima absurditate dici potest DEum hominibus quaedam revelasse, quorum tamen nulla fuerit revelandi atque cognoscendi necessitas. Hanc verò cognoscendi atque credendi necessitatem universalem esse, nec ullum hominem sine salutis jactura istam doctrinae caelestis partem, quam articulos fidei fundamentales dicimus, ac cujus cognitionem divina Voluntas, Scriptura indicante, ad salutem aeternam consequendam necessariam fecit, ignorare posse, ex ipsa facta revelatione colligitur, & quod cognitione illius absente nulli ad perfectionem suam juxta superiora ascendere licet. At salus aeterna status est consummatissimae perfectionis, consistens in praesentia bonorum omnium, quae in subjectum finitum redundare possunt, & malorum absentia, quae perfectioni huic sunt contraria. Hinc salutis possessio supponit cognitionem mediatorum.

D

quae

quæ revelata. Quodsi enim vel uni humani generis indivi-
duo ad hanc perfectionem aditus, sine memorata cognitione
patuisset, quæ causa fuisset revelationis factæ? Cur Numen
benignissimum tantum ministrorum chorum, quorum opera
ad manifestandam voluntatem suam fuit usus, morte truculen-
tissima afficiendum sævitæ improborum objecisset? Quem
potuisset, hunc quoque eadem ratione in aliis obtinere valu-
isset. Veritatis itaque locum sustinet thesis, nulli sine cog-
nitione objectorum, quorum sciendi necessitatem Verbum DEI
revelatum tradit, spem salutis relictam esse. At Gentiles hæc
cognitione destituuntur. Ratio præterea ad sensum & fiducia-
lem horum objectorum applicationem individualement absolutam
necessitatis esse quam firmissime evincit. Illum, quia nil quic-
quam ipsi obest, quo minus adsentiatur. Possibilitatem enim
objectorum non ad decempedam suam suumque captum com-
mensurandam esse colligit, quod se ipsam finitam esse observat,
ac novit Ens existere infinitum & infinitæ virtutis atque sapi-
entia, ut facere queat ὑπερ ἑν, ὑπερ λόγον, ἢ ὑπερ πάντων κα-
τάληψιν. Hanc, quod in homine misero non offendit, quæ
perfectum eundem atque beatum reddere possent. Quia igitur
media hæc certo quodam modo homini collata, eademque
alieubi revelata esse novit, sic fiduciali adpropriatione hæc ipsa
quoque individualiter applicanda censet, ut perfectionis illius,
quam homo desiderat, quamque media revelata, quæ natura
ignorat, conferunt, evadat possessor.

§. XVII.

Recensent Celeberr. A. E. L. Collectores ad annum 1687.
p. 644. opus inscriptum: Istorica descrizione de' tre Regni,
Congo, Matamba & Angola &c. i. e. Descriptio historica trium
regnorum, Congo, Matamba & Angola in Æthiopia inferiore
Occidentali sitorum, & Missionum Apostolicarum à Religiosis Ca-
pucinis ibi exercitarum, à P. Joh. Ant. Cavazzo Montecuculiensi,
Sacerdote Capucino &c. & testem Cavazzo dictum esse, Gentes
istos Æthiopiæ inferioris Occidentalis inter angustias, interno
quodam

quodam divinum adiutorium implorandi stimulo agitato formula hac: Desù Nghesù fumami, id est, DEUS Coeli JESU Domine mi, uti solere, & solum verborum horum, quorum nec sensum nec mysterium capiant, enunciationem, insigne solatium sibi reliquisse profiteri. Sed Phædrus egregie docet: Nil spernat auris, nec tamen credat statim, quandoquidem & illi peccant, quos minimè putes, & qui non peccant, impugnantur fraudibus. Et Cavazzo vel ipse peccavit, solum enim Capucini nomen religiosum eundem absolvere haud poterit, vel aliorum impugnatus est fraudibus. Prius, exponendo dictiones Æthiopicæ: DEUS Coeli, JESUS Domine mi. Dum enim scribit nec sensum nec mysterium dictionum allatarum Gentiles capere, undenam igitur Cavazzo sensum atque significatum earundem hausit. Ad gentiles hos accedens vel linguam eorum calluit vel non? Si prius, significatus Nghesù notione JESUS expressus vel Gentili cuidam istius generis debetur, qui cognitione doctrinæ salutaris extra vel intra Patriæ suæ terminos fuit imbutus, vel fieri potuit, ut ad linguæ gentium vox JESUS per Nghesù ab alio sit translata. Dicis hoc si factum, magis hinc confirmari, Tò Nghesù, à Gentilibus istis nondum conversis inter angustias prolatum, significare JESUM, & hac ratione eundem JESUM auxiliatorem suum, quamvis cognitionem Illius non habuerint, non sine solatio invocasse. Sed nego utrumque. Illud quidem, quod Diabolus ipse hic mimicam suam ludere in termino & persona potuit, & hoc eundem in multis fecisse B. Buchnerus probat in egregia quadam mimica Diaboli Oratione, quæ sexta est inter Festas secundum collectionem Clarissimi Stübelii. Hoc, quod terminorum enunciatio, si sensus eorundem non capitur, nullatenus anxii animi curis mederi valet, nec, nisi convincatur idem rationibus. Sin verò linguæ istius fuit ignarus Cavazzo ad eos accedens, qui termini Nghesù significatum, quem omnibus incognitum esse fatur, referre potuit? Sonus solius conformitas aliquis nequaquam sufficere potest. Verùm ne Capucino religiosò injuriam ullo modo fecisse videamur, fraudibus eundem

impugnatum atq; deceptum esse dicimus. Dum enim inquit: Gentiles interno divinum adjutorium implorandi stimulo agitados formulam adlatam adhibuisse, interno illi stimulo, quo Gentiles sese agitados jactitarunt, ut formula dicta uterentur, nimium credulas dedit aures, non inquirens: Utrum internus iste motus DEO, rationi an Diabolo debeat ortum. Diabolo autem eundem esse adscribendum omnino reor. Non rationi, hæc enim ad veri DEI & Salvatoris cognitionem non ascendit, nec per consequens internum istum motum excitare valuit. Non DEO, infideles enim, cum qua tales sine DEO in mundo sunt, nec specialis DEI operatio in illos cadit. At internus iste divinum adjutorium mediante formula adlata implorandi stimulus, Deo si is foret tribuendus, specialem utique DEI operationem supponeret. Fuit itaque Diaboli ipsius stimulus, quo infideles agitati dicuntur. Et quamvis Capucinus putet, preces ad verum Cœli DEum ac Jesum ab infidelibus directos fuisse, id tamen negamus, dicentes, Diabolum mimicam suam, in termino & persona luisse. Eecur enim DEus cognitionem sui subtraxisset infidelibus, si stimulos se invocandi subdidisset? Nec obstat solatium insigne, quo prolata formula infideles se beatos affirmarunt, hoc enim & ipsius Satanæ fraudibus & præjudiciis non sine ratione adscribimus. Quemadmodum enim Pontificii ipsi precibus suis ineptis ad numerum, sphaerulasque precatotias (Rosen-Cranz) dictis, vim maximam tribuunt, ut, si Ave illud Mariæ iterato blaterant, terrorem & anxias animi curas, & quæ non sexcenta alia, excussum iri somnient, animi quoque suorum, ignorantia tenebris involuti, maximum hinc capere solatium profiteantur, non tamen solatium hoc jactitatum quam phantasia decepta aut Diaboli fraudibus atque præjudiciis tribui potest. Quamvis vero Capucinus Gentilium horum salutem non adfruat in terminis, illius tamen defensoribus argumentum non adeo infirmum testimonio suo suppeditat, quare id ipsum præcidendum putavimus, cum primis, quod sine cognitione DEI ac Salvatoris solatium Gentilibus evenisse dicitur, dantur enim, qui eandem tibiam inepte inflant, putantes, DEI cognitionem & Salvatoris ad salutem consequendam abso-

absoluta esse necessitatis, & qui DEI & Salvatoris sunt in seculi, cultu tamen grato Eundem prosequi posse atque venerari. Verum revelatione posita, ponuntur objecta creditu scituve necessaria §. XVI. & cognitione absente cessat omnis cultus. Rom. X. 14.

§. XVIII.

Adfertis §. XVI. contrarius est Wilhelmus Scherlockius, tractatu qui inscribitur: Practical Discourse concerning a future Judgment i. e. Discursus practicus de Judicio extremo, & p. 359. regulam, juxta quam homines judicandi sint, Verbum DEI esse dicit, non tamen Legem sed Evangelium. Hinc operosus est Autor, imitor Linguam Celeberr. A. E. L. Collect. ad annum 1693. pag. 266. in conciliandis Apostolorum adfertionibus, quibus ex fide sine operibus justificari, & secundum opera judicari dicimur, statuitque, quod quoniam DEus appetit piorum in Christum fidem, fides autem vera DEum amet, timeat, & sincere legi Ejus obediat, non officientibus innumeris infirmitatibus, dicamur recte justificari salvarique per gratiam; judicari autem secundum opera; quoniam juxta illa dispescamur in pios & impios, & hi recipiant dignam suis peccatis mercedem, isti vero non mercedem, quam peccatis meruerunt, sed eam beatitudinem, quam gratia DEI decrevit dare piis, Christus autem promeruit. Verum sollicita hac inquisitione atque disquisitione non fuisset opus. Fide sine operibus justificari dicimur, & qui sine fide sunt jam dicuntur justificati h. e. damnati, hinc phrasis: secundum opera judicari, rationem hominis formalem respicit, fidelis is sit an infidelis, ita ut ad eam instituat judicium, nec respectus est in judicio divino ad opera fidem supponentia vel minus, sed verae fidei absentia damnationem, quemadmodum illius presentia salutem aeternam reportat. Quando igitur Scriptura hac dicendi formula utitur, cuius compensatum iri secundum opera, operum modo fit mentio, quia eadem tanquam effectus testantur de causa atque ortu suo, fidei scilicet presentia vel absentia. Scherlockius vero dum putat per suam explicationem Gentilibus aliquem patere accessum ad salutem aeternam, quoniam non se-

cundum fidem, sed secundum opera sint iudicandi homines, sic primò hoc ingratis dicit, quia uti ipsemet confitetur justificatio fit ex fide sine operibus, nullus autem salvatur nisi fuerit justificatus, secundò, quia regulam ad quam iudicandi homines Evangelium facit lege rejecta, sic, quod juxta Evangelium Gentiles non sunt formati, secundum tenorem quoque illius damnabuntur. Nec obstat, Christum durum non esse Dominum, nec metere ubi non sevit, & in omni gente qui timet eum acceptum esse illi, neque esse personarum acceptio- nem apud DEum Act. X. 35. Est sane Christus Dominus suavissimus, sed illis, qui meritum Ipsius non floccipendunt, nec conculcant pedibus, nec metit ubi non sevit; at in omnium hominum animis sevit, & creando illos & redimendo, ut messem, frugesque sibi placentes, jure postulet meritoque, his vero absentibus, homines sterilitatis suæ pœnam justè luunt. Dictum autem ex Act. X. 35. non dicit homines in omni gente, qui quantum possunt naturaliter timent DEum, ita DEO acceptos esse, ut secundum hanc suam conditionem salute æterna donentur, sed, nullam esse gentem, quam non ad salutarem sui cognitionem, & quæ cum hac conjuncta est, salutem æternam gratiosè deducere adamaret DEus benignissimus. Exemplum vero Cornelii Centurionis thesin *SCHERLOCKII* solidissime destruit. Cornelius enim jamtum Profelytus, ut dicitur, Portæ factus, DEum timebat verbis & operibus, at jubebatur, ut Petrum Apostolum accersendum curaret, DEI voluntatem sibi elocuturum. Petrus accedens, & concione de salutaribus fidei dogmatis habita, Cornelius, & qui præsentibus erant donis Spiritus S. miraculosis, pro temporum istorum ratione, imbuti sunt & postea à Petro baptizari jussi. En igitur Cornelius, sic DEum timens, fidelis tamen non nisi per verbum DEI & baptismatis sacramentum redditus, & sic DEO verè acceptus & ad salutem æternam consequendam idonee, & mediis quidem ordinariis, præparatus. Utinam hoc ipsum Cornelii exemplum & modum, quo DEO acceptus redditus Centurio, probè pensitarent intempestivi gratiæ divinæ extraordinariæ præcones, & hinc documentum cape-
rent.

rent, qua ratione DEus omnium hominum salutem velit, nec variis ineptis purioris Ecclesiae doctrinam, qua normam Scripturae S. unice sequitur, turbarent! Nec juvabit Scherlockium ex ad Rom. II, II, quando dicitur: Quicumque sine lege peccarunt sine lege peribunt. Mens enim Apostoli clarior est, ut illam declarandi nulla sit necessitas. Post varia verò Scherlockius p. 362. tandem, rationem quasi sollicitae suae exegeseos redditurus ita scribit: Propter Christum quidem fide adprehensum remitti peccata, at non semper fidem in Christum explicitam requiri ad salutem, multaque millia absque ea salvatum iri. E re hic futurum puto, si primò exposuero Scherlockii mentem, ejusque conceptum quem verbis inclusum voluit. Phrasis igitur: propter Christum fide adprehensum remittuntur peccata hoc dicit: qui Christi meritum vera fide adprehendit sibi individualiter applicat peccatorum consequitur remissionem. Et huic doctrinae salus nostra & omnium qui salvantur superstructa est Joh. III, 16. Quando verò Scherlockius docet, non semper fidem in Christum explicitam requiri, sic ^{αρεσ γραφης} sapit. Intelligit autem per fidem explicitam, fidem, quae salutarem cognitionem objecti, quod fide adprehendum supponit, & dum hanc fidem ad salutem consequendam non omnibus necessariam esse scribit, Christo, Joh. III, 16. quando verò in specie de adultis loquitur, Petro aperte contradicit, postulanti, ut quivis spei suae sit certus & aptus ad reddendam rationem spei, hoc est fidei I. Petr. III. 15. Verbo: fides implicita, quatenus dicit fidem Christum Eiusque meritum non adprehendentem, est Non-Ens, fidei enim terminus est relativus ad objectum fide adprehendum. Et cum una, h. e. unius generis tam quoad modum quam quoad doctrinam fides sit Eph. IV. 5. sc. explicita Joh. III, 16. & hanc fidem salutiferam esse ipsèmet largitur, sic fides Scherlockii implicita omnino nulla erit, nec per Consequens salutaris.

§. XIX.

Vir Summè Reverendus ac Celeberrimus *CHRISTOPH. MATTHÆUS PEAFFIUS*, Theologus ac Cancellarius Tubingensis

genſis diverſis poſitionibus, quibus mentem ſuam de ſufficiētia vel inſufficiētia luminis naturæ, deque ſalute & damnatione Gentilium, qui juxta illud vixere, incluſit, ex quibus pace Viri Summe Reverēdi quasdam, pro inſtituti præſentis ratione excerpere licebit, Gentilium ſalutem ſperandam putat. Occurrunt Art. II. Inſtitutionum Theologiæ dogmaticæ & moralis, de conſtitutione Religionis Chriſtiana. p. 39. ſeqq. Quia igitur ſ. XVI. pro ingenii mei modulo demonſtratum eſſe reor, revelatione poſita poni objecta omnibus ſeitu cognitivæ neceſſaria, ita quidem ut ſine quorundam objectorum, quæ revelata, cognitione, ſalus æterna nulli obtingere queat, & Viro Celeberr. contrariam ſententiam eſſe obſervavi, ſic ad conſiderationem illius accēſſi, non ex contradicēdi pruritu, ſed ut meliora edoctus, doctrinam, quam hæcenus foveo, immutare queam. Non enim præjudiciis ullis infectus ſtudia mea tracto, ſed veritatem ſolam veneror, nec tamen ſententiam tot Celeberrimorum Virorum calculo adprobatam, & pro cujus veritate, uti mihi videtur, & ratio & revelatio militant, miſſam facere valeo, niſi argumentorum pondere victus. Sed audiam Summi Reverēdi Viri Theſis I. Quicumque ſalvantur, inquit, beneficio reconciliationis & redemptionis per Chriſtum factæ ſalvantur. Hoc *ἰζαυάνιον* eſſe ex paginis ſacris clariffime patet. vid. Act. IV, 12. Joh. XIV, 6. 1. Joh. V, 11. 12. At verò, quod ad ſalutem parandam & acquirendam neceſſarium eſt, non ſtatim cognitu neceſſarium eſt. Ita ſanaris ſubinde medicamento, mi bone, ignarus, quæ ſint illa ingredientia, ex quibus id conficitur. Hæcenus Vir Celeberrimus. Optarem hic argumento quodam vel ex ratione, vel ex revelatione peſtito, theſin: quod ad ſalutem parandam & acquirendam neceſſarium eſt, non ſtatim cognitu neceſſarium eſt, probatam eſſe, nec totum probationis negotium circa theſin, quæ tamen maximi momenti eſt, adducto ſimili fuiſſe conſectum. Similia enim illuſtrationibus accommodata ſunt, non probationibus, præterea nec adlatum quadrare videtur, quod nec ratio nec revelatio naturaliter decumbenti neceſſitatem cognoscendi medica.

medicamina, quibus sanitati pristina restituendus, mandat, non enim societatis humanae conditio fert solos Medicos. Demonstrandum igitur fuisset parili ratione spiritualiter aegrotanti cognitionem, ut sic dicam, medicamentorum spiritualium necessarium non esse.

§. XX.

Thesis II. Viri Summè Reverendi atque Excellentissimi hæc est: Gentiles ob incredulitatem damnatum iri, obque rejectum Evangelium, quod ipsis vel planè non, vel male & cum superstitionibus multis scandaloque prædicatum fuit, & ad cuius cognitionem moraliter haud pervenire potuere, Justitiæ Divinae contrarium est. vid. Rom. X, 18. Joh. XV, 22. Quando primo Justitiæ divinae contrarium esse dicitur, Gentiles ob incredulitatem iri damnatum, putamus, justam utique damnationis Gentilium causam illorum esse incredulitatem, lumen enim naturæ juxta ipsum Dominum Pfaffium est lumen pædagogicum, quo ad quarendam revelationem ducimur, quodsi igitur Gentiles pædagogiam illius non sequuntur, ob debiti sui neglectum justas omnino incredulitatis suæ pœnas luunt, quo vero observato dum ad revelationem venire possunt, & hac mediante, nisi obicem malitiosè ponant, illuminantur ad fidem, causa utique incredulitatis omnis penes ipsos Gentiles residet, hinc sibi habeant quod ob incredulitatem damnati. Pergit: Ob rejectum Evangelium quod Gentilibus vel planè non, vel male & cum superstitionibus multis scandaloque prædicatum fuit Gentiles damnatum iri Justitiæ divinae contrarium est. Nec hæc Gentilium damnatio sub allatis circumstantiis Justitiæ divinam lædere poterit. Siquidem a) DEus ipse vi Justitiæ suæ & bonitatis immensæ non potest non omnium & singulorum salutem quantum in DEO est, promovere, hinc igitur, licet dentur Gentiles, quibus nec in Majoribus, nec suo tempore Evangelii doctrina prædicata, necessum tamen est ut consisteamur, justas DEO fuisse causas, quo minus id fuerit factum, quæ verò quamvis nobis sint incognitæ, non tamen negandæ. Posita itaque, juxta superiora, absoluta cognitionis

E

EVAN.

Evangelicæ necessitate, & veritate theſeos: DEum ipſum vi
 juſtitiaẽ --- --- promovere, ſequitur, Gentiles, quibus hæc
 gratia non obtigit, ſe illius ipſos reddidiſſe indignos, niſi di-
 cere, quod ſine abſurditate poteſt, velimus, diverſos eſſe
 juxta DEI voluntatem modos, imbuendi homines ſalutari co-
 gnitione, ita ut alios ductum rationis ſequi velit, antequam
 illuminentur, alios non item. Evangelium verò b) male, & cum
 ſuperſtitionibus multis ſcandaloque prædicatum multo minus
 juſtitiam divinam, quæ Gentiles damnat, poſtulare poterit inju-
 ſtitiaẽ. Naturæ enim lumen DEO cultum deberi omnino agno-
 ſcit. Evangelium autem male & cum ſuperſtitionibus &c. præ-
 dicatum, cultum certe ab illo rationis diverſum præſcripſit,
 & hinc Gentilium fuiſſet inquirere rationem hujus ſibi præſcri-
 pti cultus. Hoc verò ſi fuiſſet factum, quis dubitaret, DEum gra-
 tiſſimum hoc eodem Evangelio, quamvis male & cum ſuper-
 ſtitionibus multis ſcandaloque prædicato, intellectum ipſorum
 fuiſſe illuminaturum, ut Dominum cognocerent, Eumque Ev-
 angelicè cultu religioſo proſequerentur. Non hoc volo, ut ſi
 perinde ſit, quodnam Evangelium doceatur, revelato idipſum
 conforme ſit an minus quoad doctrinam, ſed accidentalia hæc,
 quæ prædicandi modum reſpiciunt, ipſi efficaciam verbi Evange-
 lici obefſe atque derogare non poſſe. Cum igitur Vir Summe
 Reverendus Evangelium à Gentilibus rejectum dicit, quod
 male & cum ſuperſtitionibus ſcandaloque fuerit prædicatum,
 particula malè non poteſt non reſpicere ad prædicationis acci-
 dentalia, non vero ad ipſius Evangelii eſſentialia, de his enim
 intellectus naturalis ſtatuerè nequit, rejicienda eadem ſint an
 minus. Salvis verò Evangelii eſſentialibus, ſalva quoque eſt
 Evangelio inſita vis illuminandi. Quando verò ſubjungitur ad
 cognitionem Evangelicam Gentiles moraliter pervenire non
 potuiſſe, adſertum hoc utique petit principium. Stante enim
 pædagogia luminis naturalis, quam ipſe Dominus Pfaffius non
 negat, & ſtante miſericordia atque bonitate DEI infinita, im-
 poſſibilitas omnis moralis ceſſat. Nec dicta ex ad Rom. X. 18.
 & Joh. XV, 22. citata Magnifico Viro prodeſſe poterunt. Illud
 enim

sonum Evangelii in omnem terram (subintellige quæ tempore publicationis doctrinæ Evangelicæ inhabitata fuit) penetrasse apertissime loquitur, quæ ex re omni mentis acie colligere non possum, quæ Celeberrimo Viro sit ratio, quæ ductus opinatur thesi suæ illud ipsum verba facere. Hoc verò nullo modo evincere potis est, Justitiæ divinæ contrarium esse damnare Gentiles ob incredulitatem. Dicit enim gravioribus pœnis illos iri punitum, qui malitiose contra doctrinam sibi propositam vitæ rationes inffituerint.

§. XXI.

Fidei explicitam noticiam ad salutem consequendam omnibus haud necessariam esse probaturus Celeberr. Pfaffius, & hinc Gentiles, quamvis eadem caruerint salvos fieri posse, provocat Theol. III. ad fideles V. T. dicendo: Fideles V. T. omnes, maxime eos, qui capite undecimo ad Hebræos memorantur, explicitam de Messia noticiam habuisse, argumentis invictis demonstrari nequit. Probationis loco provocatur ad cujusvis conscientiam, qui sine partium studio rem investigat, subjungens: Quid opus quæso est, tot torturis Theologicis hic indulgere. Verum quod pace tanti Viri quoque dixerò, quæ hæc torturæ sint hæctenus nondum perspicio. Ceterum & mihi provocare concedetur benivole ad cujusvis conscientiam, qui sine partium studio B. *ÆGIDIUM HUNNIUM*, Comment. ad h. l. audiet, confessurus, se nullas torturas Theol. observasse, sed argumentis convictum esse invictis. At singulos fideles, quorum hic mentio fit, fidem de Messia explicitam pro temporum suorum ratione habuisse, hinc omnino probari puto, quod expresse dicitur Act. XV, II. *δια τῆς χάριτος Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύομεν σωθῆναι*, NB. *καθ' ὃν τρόπον καλέοι* sc. ex versu præc. *οἱ πατέρες ἡμῶν*. Quia igitur D. Petrus, & cum Petro fideles credunt eodem modo salvari quo Patres, h. e. fideles V. T. salvati sunt, ultrò patet, vel fidem illos habuisse explicitam, vel, si qui illa destituti fuerunt, salvatos nunquam fuisse, quod non fuerunt fideles. Fides præterea salvifica juxta superiora est unica tam quoad doctrinam quam

quam quoad affectionem, eaque sola explicita. Et, quia D. Petri talis fuit fideliumque fides, quæ fuit illa, qua Patres servati, sequitur eandem fuisse explicitam quod D. Petri explicita fuit. Excipis, quosdam quidem Fidelium, qui Cap. XI. ad Hebræos memorantur, fide explicita imbutos fuisse, sed non omnes. Respondeo id frustra fieri, in ea enim fide quæ v. 1. describitur, & quæ sine dubio explicita est, v. 2. dicit *ἡ μαρτυρία ἧς ἐστὶν ἡ πίστις ὑποκειμένη*, & hi deinde juxta ordinem recensentur, unde colligitur, omnes eadem, hoc est explicita fide fuisse præditos, conf. v. 39. hujus Cap.

§. XXII.

Consideratis hæcenus ex Celeberr. Pfaffii Institutionibus positionibus, ut puto præcipuis, quibus pro salute gentilium militare Viro Excellentissimo placuit, audire adhuc libet Jeremiam Taylorem in den auserlesenen Predigten auff alle Sonntage im Jahr & speciaticim XXVI. sub fin. postquam scripserat: Gottes Barmherzigkeit gehet über die Bosheit, und Unwissenheit, Schwachheiten und Thorheiten der Menschen. & paulo post: Ich sagte zuvor, daß viele geheime und unerkannte Wahrheiten seyn, davon die Menschen leben, und davon sie keine Rechnung schafft geben können, bis sie dahin kommen, da sie Gott danken werden, wenn sie dieselbe erkennen werden l. c. ita pergit: der Nutz dieser Betrachtung soll dieser seyn: daß wir mögen öffentlich ehren die Barmherzigkeit Gottes, welche so geheim gehalten ist, und nicht gleich alle Heyden und sündigende Juden zur Hölle verdammen; sondern hoffen, daß sie theil haben in der geheimen Barmherzigkeit Gottes. Sed unde Taylori misericordia DEI abscondita innotuit, ex qua Gentilium & Judæorum salutem æternam sperare valet. Misericordiam DEI flagratissimam erga totum genus humanum, ejusque singula individua facerrimi Codicis divini paginæ & ratio ipsa loquuntur, eandemque celebrant, sed nullus utriusque apex gentilibus & Judæis, qualibus, spem salutis æternæ facit, nec alia ex abyssio divinæ misericordiæ sperare possumus, quam quæ ratio & revelatio divina speranda dicunt. Divus Petrus de Judæis æque ac Gentilibus

tilibus testatur, ante conversionem eosdem fuisse & λαός, post conversionem autem factos λαός θεῶ; ante conversionem οἱ εἰς ἡλεημένοι, post conversionem ἐλεηθέντες. 1. Petr. II, 10. conf. de gentilibus Eph. II, 12, 13. IV, 17, 18.

§. XXIII.

Revelatione posita poni non tantum objecta quæ scitu creditivæ sunt necessaria, sed & talia, quæ rationi impervia §. XVI. statuimus. Prioris probationi §. dicta operam navavimus, sed posterioris adhuc desideratur. Quia verò utriusque probationem Celeberrimus Wolffius, κριτηρια revelationis veræ tradens §. 1011. der vernünftigen Gedanken von Gott, der Welt u. acutissime tradit, tanti Viri rationibus magis uti placet quam meis propriis. Was die Sache betrifft, inquit, die Gott offenbahren soll, so muß es etwas seyn, das dem Menschen zu wissen höchst nöthig, und zu dessen Erkänntnis er durch die verhandenen Mittel und Wege nicht gelangen kan: dann wenn Gott einem Menschen etwas unmittelbahr offenbahret, so folget dieselbe Erkänntnis nicht aus der vorstellenden Kraft seiner Seele, und demnach geschiehet es übernatürlich, und ist die Offenbahrung ein Wunder-Werck an der Seele. Da nun aber ein Wunderwerck gar viel nach sich ziehet, wie in der Welt, so auch in der Seele wegen beyder zusammenstimmung, so ist kein Grund vorhanden, warum Gott durch ein Wunderwerck aufrichten sollte, was natürlicher Weise geschehen kann - - und demnach ist klar, daß Gott nichts offenbahret, was wir durch die Vernunft erkennen können. Non tamen negari potest dari inter illa, quæ revelata, quorum cognitionem & ratio suppeditat. At notandum hæc talia eum in finem revelatis illis, quæ rationis vim superant, adnexa esse, ut hoc magis homo ψυχικός convincatur de illorum, quæ rationem superant, veritate. Esse verò hæc ipsa hominibus Θεσπεισοῖς modo parili quo cetera revelata, opinamur, quamvis contraria legantur l. c. §. 1012. conf. 1018. Mens viri Illustis atque Celeberrimi ad dictas §§. huc abit: Particulas illas Sacræ Scripturæ, in quibus dogmata proponuntur, quæ naturalem rationis vim non excedunt, non revelationi DEI im-

mediatæ, sed rationi, modo extraordinario ad docendum commotæ, tribuendas esse, & hunc docendi modum Theologos dicere: Gott habe sich nach dem Zustande der Propheten in der Schreib-Art gerichtet. Theologos fortean quosdam illum sententiæ adlatæ sensum facere non quidem negamus, sed hos veros esse inficiamur. Præterea dixero, fuisse quidem illum revelandi modum ad rationis nostræ iudicium, at magis possibilem, si DEO placuerit viros elegisse rationis ad gradum eundem ex-cultæ. Et si dogmata illa omnia rationi sunt vindicanda, quæ ex eadem ortum trahere possunt, necessum est horum quædam in subiecto vel subiectis diversis fuisse mysteria, quæ alii vel aliis ex rationis decreto fuerunt nota, vel rationem ipsam Scriptorum Θεοπνεύτων ad eundem perfectionis gradum esse elevatam. Posterius ipse Autor celeberrimus, negat, quod conditionem Scriptorum diversam fuisse largitur, prius verò, ex hac ipsa Scriptorum conditione diversa probatur. Dicis, in quovis scriptorum individuo DEum revelantem se accommodasse ad rationis individualis vires, ut, quantum eadem operari poterunt, sint operatæ, ceteris per revelationem suppeditatis. Sed respondetur, hac ipsa accommodandi ratione naturæ viribus abrogari, non enim eadem censendæ veniunt ad mensuram eam, qua in certo quodam individuo sese exerunt, sed ad proprium Esse. Quæ porro causâ reddi poterit cur sapientiæ divinæ placuerit nonnullos constituere Θεοπνεύτους, qui ignorantia tenebris immersi erant. Et cum Wolffius Illustris ἀπὸρρησία ponat ad quæ vera revelatio à falsâ dijudicari debeat, ad propositum fortean tot revelationibus, suggestionibus, inspirationibus, raptibus, ecstasibus &c. commotus, quorum superius & præsens nostrum seculum fertile est fuitque, causâ sane est, cur de naturæ viribus feratur iudicium secundum Esse suum, non verò secundum existere in hoc vel illo subiecto individuali, secus enim hi tales Neo-Propheta, spiritu maligno ad pruritus innovandi fascinati ac turgidi, virium suarum naturalium defectum in sui aliorumque fraudulentam deceptionem prætexturi essent. Nec video, qui dicta ὀργάνωσις
Wolffii

Wolffiana conciliari possit cum Θεοπνευσία sacrae Scripturae universalis. Sed de hac consulantur Theologorum scripta. Interea tamen cum ratio lectionem Scripturae sacrae non modo suadeat, sed & jubeat, & Philosopho eam rimanti dogmata occurrunt, quae ratio ipsa dicitur haec autem hujus modi expressionibus: DEUS dixit; DEUS locutus est; & similibus, insinuari observat, omnis ipsi de illorum revelatione divina immediata dubitandi ratio praescinditur. Quando itaque Theologis genuinis de συνακαθίσσει quadam divina ad conditionem scriptoris divini commensurata verba fiunt, non hac sensum Illustri Wolffii patiuntur, nec causam ratio suppeditare potest cur pati debeant. Conf. B. Hollazii Examen Theolog. loco III. Prolegom. de Scripturae S. Quaest. XVI. & XVII. Sed nobis pro scopo praesenti consentiente viro ἀριβεβαιο probasse sufficit: Revelatione posita poni objecta ad quae rationis acumen nullatenus pertingit, haec ergo quia gentilibus non possunt non ignota esse, scitu tamen cuius sunt necessaria, hinc nulla ipsis salutis aeternae spes relicta.

§. XXIV.

Constitueram B.L. nugas quoque Fanaticorum, qui tertiam quandam hominis essentialem partem fingunt, & istorum omnium loco argumenta potiora Roberti Barclay & Poireti sub rationis trutinam vocare, quibus gentilibus salutem aeternam vindicare conantur, pleraque enim eorum tanti non sunt ut refutatione indigeant, sed nec illa, quae alicujus adhuc momenti esse videbantur in praesente Dissertatiuncula considerare licuit. Ceterum Poiretus, vir magnae sed ancipitis famae obiit, febris ardenti continua correptus die 21. Maji A. 1719. Rhenoburgi, qui pagus non procul Lugduno in Batavis jacet, ejusque Posthuma Amstelodami prodierunt ex Officina Westenianna 1721, 4. Alph. 5. plag. 8. In his Cap. septimum Lib. IV. de salute gentilium sine verbo externo inscriptum occurrit vid. Celebr. Collect. A.E.L. ad annum 1721. p. 420. Referunt itidem DD. Collect. l. c. p. 417. seqq. Poireti vitae curriculum ejusdemque scripta & propria, & quae edenda curavit, praeterea Capitulum

pitis citati argumenta potiora. Dippelium boantem atque reboantem pro salute Gentilium, Judaeorum & Turcarum excipiunt DD. Auct. der U. N. 1712. VI. Ordnung num. IV. p. 932. Scriperat enim p. 362. in dem Anfange, Mittel und Ende der Orthodoxie und heterodoxie, den seligmachenden Glauben köndten alle Heyden, Juden und Türcken haben, ob sie schon von dem Verdienste Christi, von der Imputation, und von den seligmachenden Meinungen des Symboli Athanasii so wenig wüßten als eine Kuh. Et p. 363. Ein Heyde könne die Wahrheit annehmen, ob er gleich das was wir Christum nennen nicht weiß, oder demselben einen andern Nahmen zueignet. Ad argumenta XIX. quae Anonymus quidam in tractatu sub tit. Darreichung der Liebe in Erörterung und Verneinung der Frage: Ob alle Juden, Türcken und Heyden verlohren seynt, nervose respondent iudem DD. Auct. celeberr. der U. N. A. 1709. p. 322. seqq. Tandem conferantur B. JOH. BARTHOLDI NIE-MEIERI dissertationes duae de Gentilium statu atque conditione post hanc vitam, adnexae Ipsius Theologiae morali, quam in illustri Academia JULIA in usum exercitiorum Academicorum adornavit & XXXII. Dispp. publicis proposuit, & Gilberti Voetii Dissertatio jam citata de Gentilismo & vocacione gentium. Ex his quidem aliorumque scriptis varios cumulare potuissim, qui pro salute gentilium tanquam pro aris & focis militarunt, eosque potissimum addere qui Naturalissimo accedunt, sed a proposito factum hoc fuit alienum, nec illius causa quid restat, quam ut DEum veneremur, velit Is Ipse gratia sua nobis adesse ut sit maneatque omnium conatum nostrorum scopus ac

F I N I S.




00 A 6333

EO-3h
Feb. 01

Zha ✓

Me ✓





918

**DE
GENTILIIUM
SALUTE NON
SPERANDA,**

DEO GRATIOSISSIME ANNUENTE,
EX SPECIALI AC BENEVOLO S. R. FACULT. THEOLOGICÆ
INDULTU,

MODERATORE,

VIRO MAGNIFICO, SUMME REV. atq; EXCELLENTISS. DOMINO,

DOMINO

**HERM. CHRISTOPH.
ENGELCKENIO,**

SS. THEOLOGIE D. & PROF. P. ORD. LONGE CELEBERRIMO,
AD D. JOHANNIS ÆDEM PASTORE MERITISSIMO;

PRÆSIDE

**M. THOM. HENRICO
HAVERO,**

Primo Septembris die, Anni MDCCXXIII.

H. L. Q. C.

disputabit

HUGO THEOD. QVISTORPIUS,
ROSTOCHIENSIS.

—————
ROSTOCHII,

Typis NICOLAI SCHWIGEROVII, Ampliff. Senatus Typogr.

